

37 Disp.II.Part.III.de leuiorib⁹ mat:II.difficult.38

tionali non annihilaret materiam, necessariò remaneret materia, hoc autem pacto reliktà materia Deus non concurrat ad alterius formae intro-

ductionem, tunc materia erit sine forma. Con-

firmatur, quia non videtur materia tam parva

esse entitas, vt ad definitionem alterius definere

debeat, adde quod Deus poterit peculiarem ad-

dere concursum, que conseruerat materiam sine

forma.

Nono.

Nono: Ut se habet habitus formæ ad ma-

teriam, sic se habet habitus materie ad for-

man: sed potest forma esse sine materia, ergo &

materie sine forma. Maior patet, quia respectus

utriusque est essentialis, minor etiam clara est in

anima rationali, quia sine materia existit. Con-

firmatur etiam maior, quia materia, & forma vi-

dentur esse duo correlativa, correlativa vero si-

mili modo se habent inuicem.

C L Y P E V S T E R T I V S.

Satisfit rationibus Thomistarum.

Nom. 15.
Solutio nuntur rationes materialium non habere actum entitatum probantes.
Ad primam.

AD rationes, quibus Thomista denegant

materię primę actum entitatum, sic re-

spondebis,

Ad primam dices esse disparitatem, quia cum ratione entis non repugnat esse actum, imo

perfectior actus est perfectius ens, at repugnat

rationi entis, quod ita sit pura potentia, vt non

dicat actum entitatum, quia actus entitatus

est ipsa entitas rei, quia dici debet actus, quia op-

ponitur, & correspondet alicui potentie, scilicet

potentie obiectiva, nulla vero res respondet

alicui potentie, nisi illa res sit aliquis actus, si ergo

aliquod ens esset omnimode potentia, &

nullo modo actus, esset ens, & non ens, quod im-

plicat. Ex quo patet Responsio ad argumentum,

licet enim detur vnum extremum, quod sit totus

actus, non tamen sequitur deberé dari aliquod

ens, quod sit tota potentia, quia inquam hoc re-

repugnat, & cum dicitur, extrema nihil partici-

pant inuicem de extremis eiudem rationis con-

cedo, sicut sunt calor, & frigus, seu de extremis

categorys, Deus autem se habet transcendentia-

liter ad quolibet ens creatum. Quod si inter

entia creata daretur aliquod ens, quod esset totus

actus, recte inferetur, ergo inter entia crea-

ta debet dari aliquod ens, quod sit tota potentia,

at inter entia creata nullum dabile est, quod sit

totus actus, ergo nullum dabitur, quod sit tota

potentia, ex quo vides, quod argumentum alla-

tum potius sit in fauorem Scotistarum, quam

Thomistarum.

Ad secundam.

Ad secundam responde, quod ex duobus

entibus in actu complexis non fiat vnum per se,

non sciat autem se habent materia, & forma, aut

die quod ex duobus entibus in actu Physico, id

est, quorum uterque habeat actum Physicum,

concedo, materia vero non habet talem actum,

Physicum, sed solum entitatum.

Si dicas, Aristotelem primo Physicor. text. 78.

dicere res naturales fieri ex non ente in actu, en-

te tamen in potentia, ergo vult Aristoteles ma-

teriam esse non ens in actu, sed ens solum in po-

tentia. Responde intelligi, quod res naturales

fiant ex non ente in Physico actu constituto, non

tamen denegat fieri ex ente habente actum en-

tatum, cumque dicit fieri ex ente in poten-

tia, loquitur de potentia subiectiva, qua secum

compatitur actum entitatum.

Ad tertiam dices, Aristotelem dicentem

materiam esse puram potentiam intelligi de pu-

ra potentia subiectiva, seu passiva, qua potentia,

cum sit realis, non potest intelligi sine aliqua

actualitate entitativa, quomodo enim potest in-

telligi, quod aliquid sit vere, ac realiter receptu-

rum alterius, nisi in se aliquid sit? nam dixit

commentator tertio de celsi com. 29. omnem

potentialitatem passuum in aliqua entitate fun-

dari, licet ergo materia prima dicatur pura po-

tentia, hoc ergo intelligitur de subiectiva, seu

passiva, qua & habet actum entitatum.

Ad quartam die, divisionem illam esse in

actum Physisum, seu informantem, & in poten-

tiam subiectivam, qua potentia subiectiva ex-

cludit quidem actum informantem, non tamen

entitatum, nam prateractum Physicum, & in-

formantem datur ille entitatum.

Ad quintam responde, omne esse est a forma,

dupliciter intelligi potest, primo de ente specifi-

co & completo; secundo omne esse est a forma,

vel intrinsecè dante, & componente illud, vel so-

lum terminante aliquo modo eius dependen-

tiam, & hoc sensu ipsum esse materię potest dici

esse a forma, quatenus ab ea dependet naturali-

ter, ad illamque habet transcendentalē ordi-

nem.

Ad sextam dic, materiam totam esse poten-

tiam, & totam actum, sed diverso respectu;

totam, inquam, esse potentiam subiectivam, & to-

tam actum entitatum, potentia autem subiec-

tiva non opponitur aucti entitatio incomple-

to, sed potius illum essentialiter includit.

Ad septimam dic, quod materia possit con-

siderari in uniuersum, vel in particulari: si in vni-

versum, cum haec consideratio sit abstracta, &

Metaphysicalis, recte dicetur materiam reuocari

ad gradum corporis, cuius est principium, quod

si consideretur in particulari, cum non confide-

retur nisi ut contrafacta, per hanc, vel illum for-

mat recte reuocatur ad illam speciem, cuius est

pars, vnde ad Maiorem argumenti dices: de

actu completo concedo, de incompleto nego, mate-

ria autem non est determinata ad illam speciem

recte concedo, indirecte nego.

Ad octavam dic, illam comparationem Ari-

stotelis sic intelligendam esse, quod sicut lignum

est in potentia subiectiva respectu artificialium,

ita materia prima sit in potentia subiectiva, cum

quo bene sit, quod sit actus entitatus, lignum

quoque respectu artificialium recte dicetur actus

entitatus, & dum ait Aristoteles, quod mate-

ria non sit ens quasi hoc aliquid intelligitur de

hoc aliquid completo, & specifico.

Ad nonam concepsa maiori neganda est mi-

nor, nam ens, & actus entitatus conuertuntur,

non tamen ens, & actus Physicus.

Ad decimam dic, illum actum conuenire

materię, in quantum ipsa est ens, & ille actus

correspondet potentia obiectiva, qua potentia

non est solum in ordine ad causam efficientem,

sed in ordine ad rem, qua ponenda est extra cau-

tas: sed de hoc in Metaphysica, vbi dicta poten-

tia obiectiva necessitas adstruitur.